Phinees nunc, sicut Moyses tunc in oratione, si non habitu corporis, constantia certe mentis, & zeli plena, ex animo futa prece ad D.um. Hoc præfefert in sequenti membro ex translatione Hier. apud T.evetum, *& exoravit*; quod iste declarat, quia exorabilem, & placabilem reddiderit. In libro Numerorum *a* narratur, quum Moyses Judicibus præcepisset, *ut occiderét unusquisque proximos suos, qui initiati fuerant Beelphegor*, nempe, ut dixi, illos suspendendo *unum de filiis Israel intravisse coram fratribus suis ad sectum Madianitidem videntem Moysen, & omnia verba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi: phineem vero surrexisse de medio multitudinis, & arrepto pugione*, contum, hastam, sivemastem alii. Euthymius, & Nicephorus δόρυ nominant *ingressum post virum Israelitam in lupanar, & perfodisse ambos simul, virum scilicet, & mulierem in locis genitalibus*. Josephus *b* addit de suo; Madianitidem Cozbi acceptam in uxorem à Zambri, præterea ejusdem contumaciſſimam Zambri orationem contra Moysen, quà inter alia abjceret Moysi, quam habebat uxorem Sephoram de Madian; de suspendi justis verbum nullum facit, immo Moysen orationé tali deterritum: & B partem (quod ante retuli) maximà eorum, qui mortui sunt, manu cecidisse illorum, qui exemplum Phinees sequuti sunt sponte sua. Philo *c* justionem adjungit Moysis, præter instandi studium, tacitus quoque præteriens justionem de suspensione. Filius Saul vocatur idem Zambri in libro Numerorum *d*, זמרי *Salu*, quod Latini aliqui codices minus emendati habent, *Salumi*, Græci σαλω, in primo Machabæorum *e* Σαλώνι, & σαλωμι, & Petrus Damiani *f*, *Salai*; & erat Dux de cognatione, & Tribu Simeon, qui Simeon olim cum Levi de Sichimitis victis dictam sumserunt, ob constupratam sororem suam Dinâ à Principe illorum Sichem *g*. Erat etiam Phinees ex altera Tribu Levi. Simile autem videtur Madianitarum, atque Moabitarum stratagema, juxta consilium, quod dederat Balaam, ut prius dixi, stratagemati, quo Simeon & Levi egerût à Sichem, & aliis Sichimitis, si mutua vellent connubia, ut circumciderentur: quum enim conditionem recepissent, die tertio, quando graviſſimus vulnerum dolor est, arreptis duo illi gladiis omnes necaverunt, reduxeruntque sororem domum. Extat historia in Genesis 34. capite toto. Discrimen est, quod prætextu religionis Sichimitæ occisi sunt: Hebræi per eumdem prætextū ad impietatē pertracti, & idcirco à Deo interfecti. Utrobique intemperantia occasio fuit, mediave causa. Eodem nomine laudatus zelus, ut Phineis paullo post, sic Simeonis in libro Judith *h*. Sed Phineem laudavit Deus ipse laude omnino dignum *i*, aliique *k*. Simeonem, & Levi vituperavit pater *l*. Jacob, quia modum in vindicta excesserunt contra jam initum fœdus, fraudeque usi sunt, ac animia, & furiosa vi. Laudavit Judith quod in eo opere divinum fuit, ut nempe repeterentur de stupratore Principe, & aliis, qui absenserant, debitæ pœnæ. Utitur enim Deus malo aliquorum animo, & opere ad finem æquissimum, quem sibi proposuit. Sic enim Nabuchodonosore Deus appellavit *servum Jovium m*, cujus opera castigavit Hebræos, & alias nationes. Præterea laudavit zelum, quo incitati sunt, & indignationem adversus pollutionem sanguinis sui, & quod adjutorem invocaverit Deū. Utinam Phinees haberet nunc Eccl. multos, quales habuit præter Jo. Eliæ similem, incestas Regis nuptias reprehendentem *n*, Lambertum Tungrensem, qui quod Alpaidem pellicem abstrahere ab impuris niteretur amplexibus Pipini, mortem fortiter sustinuit. Utinam Christiani meretricium usum publicum præsertim efficerent, & indecoras, impudicasque saltationes, quas nostri deserbit Rhoa *o*. Utinam *sentiant nos omnes Madianitæ*, idest, qui ad turpia incitant, hostes, *& persentiamus eos, quia hostiliter agunt contra nos, & decipiunt insidiis per idolum Phogor, & Chozbi filiam ducis Madian p*.

Et placavit.) Prius retuli ex Hieronymi translatione apud Trevetum, *exoravit*, idest, exorabilem, & placabilem reddidit Deum, quem interim *Moyses flens cum omni turba ante fores Tabernaculi q*. ut puto, precabatur. Hoc Abulensi *r* quoque placuit, rationem reddenti, cur non Moyses, ut Phinees, persequutus fuerit scortatorem idolatram, non solum, quia non impulit eum Deus, quemadmodum antea contra vituli adoratores, sed quoniam satius ducebat oratione plagam avertere, quam populo toti timebat. Vertit Paraphrastes נצל *salle, oravit*, quod etiam potest significare Hebræum יפלל *jephallel*, non tantum *dijudicavit*, ut habet apud alios eadem Hieron. Atranslatio, idest, judicium fecit, transfigendo Zambri, & Chozbi, exercuit in ea opus Judicis, quia Judices eodem crimine peccavisse censentur, aut crimen Zambri dissimulasse. Appollinarius de oratione exponit,

Φινεὲς δ' εὐχῶν ἱλάσατο πομβαιόλα κέντρῳ μ λιτάνῃ λιτάς, δ' ὑπεκλέγετο λοιμὸς.
Phinees autem precibus placavit Dominum,
Ille quidem orabat, precibus vero cedebat pestis;

Videtur innuere, postquam perfodit scortantes, convertisse se ad placandum Deum orationibus, ne immissa plaga, quam pestem vocat, sive propriè, sive certam ipeciem ponens pro genere. Potelt id quidem concedi, sed in libro Numerorum significatur ipsomet facto Phinees, quum occidit impuros scortatores, placatum quoque Deum. Sequenti quoque verbo istius versus idem indicatur, Atnob. item in Commentario declarat de oratione Phineis, quod etiam τὸ ἐξιλάσατο magis indicat. Nazianzenus r insinuat vel orationem, vel sacrificium. *Propitiari* significat in libro Numerorum *u* יכפר *jechapher*, ubi est dictum verbum Græcum. *Phinees filius Eleazari filii Aaron Sacerdotis avertit*, ait Deus *x*, *iram meam à filiis Israel, quia zelo meo: commotus est contra eos, ut non interficerem filios Israel zelo meo idcirco loquere ad eum*, &c. Auctory Ecclesiastici de eo dem sic scribit, *Phinees filius Eleazari, tertius in gloria est*, in Tribu Levi post Aaronem, & Moysem prius laudatos, *imitando* (ἐπιζηλώσασα) *eum*, Aaronem autem avum, vel Deum, *in timore Domini, & stare in reverentia gentis*, in erubescentia, & confusione ignominiosi sceleris, quo fornicator populus adorabat idola: *in bonitate, & alacritate animæ suæ*, ut fortiter, ac promtè vindicaret injuriam divinam, *placuit Deo pro Israel*, ἐξιλάσατο περὶ τῶ ἰσραὴλ, *placavit*, aut *expiavit pro Israel*. Placando placuit, & placendo placavit: ipsamque interfectionem pro Deo factam ex Dei zelo Deus orationis, atque placabilis vice sacrificii habuit. Ipsemet status innuit orationem, sicut eorum, quos alius psalmus *z stanter* canit *in domo Domini*, & de quibus Deus apud Jeremiam *a*: *Si steterit Moyses, & Samuel coram me.*

Utinam cruorem ea, itis inviſ, ait ille *b*,
Libare possem, gratior nullus liquor,
Tinxisset aras, victima haud ulla amplior.
Potest, magisque victima macta ri Jovi
Quam Rex iniquus:

Sed ne tali exemplo, vel sententia quisquam abutatur, maxima opus cautione, de qua modò non vocat disputare. Certos non oportet esse, privato nulli prorsus licere manus afferre tyranno, nisi, ut cujus afferri, à quovis possunt, nempe ad proprii corporis, vitæque in evitabilem defensionem. Gratianus *c* hoc exemplum non sequendum sed mirandum docet, quodque tunc reputatum est Phinei ad justitiam, sacerdotibus in pernicium officii sui vertendum. Ambrosius *d* eodem exemplo defendit discipulos, qui petebant à Christo an vellet, ut orarent ignem descendere super Samaritanos *e*, non peccasse. Iterum Gratianus *f* observat in hoc, & similibus exemplis affuisse instinctum, & præceptum Dei; ceterum prohiberi ne quis sua auctoritate in necem alicujus armetur. Chrysost. *g* pro ratione temporis, causæ, voluntatis personarum posse quidpiam aut licere, aut non licere. Scrib t Philo *h*, expiatis post cædem scortatoris Zambri, totque myriadum aliarum, ceteris Hebræis, Moysen de præmio deliberasse, quod filio Pontificis decerneretur, qui primus fortiter ultionem aggressus fuerat: id cogitanti maturè oraculum redditum, de quo postea. Videtur Deus ultro, nec requisitus id reddidisse.

Et cessavit quassatio.) Hieronymus, *& retenta est percussio*. Chaldaicè, *restinctaest mors*. Alii *cohibita est, sedata est, remissa est, vestrictaest plaga, percussio, cades* הִנְעָתַר *vatthebhatsar haomaggephah*. De nomine antea dixi. Verbum significat *prohibere, demorari, claudi, retineri, cessare*. Græcè ἐκράτησι. Quod nomen versu 13. Interpres vertit *confractionem*, ut etiam Augustinus monet exponens de plaga, quam & Symmachus hic ponit πτῶσιν. *Quassatio* infestationem quamlibet, atque etiam fractionem significat, & si accipiatur ut valet concussionem, & motionem violentam, postea vero etiam Sadoch constituros est Sacerdos ejecto Abiathar *y*, & in domum Phineis ea dignitas

Nulli privato tyranno manus inferre licet Phinees exemplum non sequendum sed mirandum.

prius opinionum vel de peste, vel de igne. Si θραῦσις est quoque *murmuratio*, sicut θρασμὸς, in Concilio Sardicensi *a* sumitur, dici posset cessasse tunc murmur, & querimonium populi de plaga, quam patiebatur. Sed hanc notionem non fert Hebræa vox. *Stante inter mortuos, & viventes, & precante: Aarone cui thuribulo, plaga cessavit b*: Davide offerente *holocausta & pacifica, propitiatus est Dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel* &c. Egregium Chrysostimi *d* contra Judæos argumentum. Si Phinees unico peremto homine, totam Numinis iram adversus populum placavit, tamque multos homines eripuit ab ira divina unius hominis cædes, multo magis hęc vobis oportuit accidere, si legis transgressor erat, quem vos crucifixistis. Cur igitur, quæso, Phinees, viro legis transgressore peremto, justus habitus est, & Sacerdotio honoratus: vos autem quum in crucem egeritis virum impostorem, ut dicitis, non modo non inde iertis laudem, & honorem, verùm etiam acerbiora patimini quam tunc, quum filios vestros mactarertis? An non istud perspicuum est etiam vehementer tardis & ebetibus, quod posteaquam adversus Servatorem, ac Principem orbis impiè egistis, talis sit de vobis sumta vindicta?] Sic ille. Optat Ambisius in Commentario, ut ste: Phinees, & exoret pro nobis, idest, populos Martyrum. qui non timuerunt sicut Phinees, sanguinem fundere (suum, non alienum) ut his orantibus, cessat à nobis quassatio, ut hoc quod evadimus, quia justitia nulla nostra est, illorum reputetur justitiæ. Hinc, sicut & ex his, quæ de Moyse prius dicta sunt, elicit Cyrillus *e*, orationis sanctorum esse magnam vim. Dei præterea eximiam benignitatem, qui paucorum supplicio, plurium saluti consuleriit.

Et reputatii est ei in justitiam à generatione in generationem usque in sempiternum.) Chaldaice, *reputatum est ei ad meritum* לוי *lezuchu*, ut viveret מרי *Memeche*, &c. Justus reputatus est in eo facto Phinees, & Deo probatus, qui etiam extare voluit, ac vigere memoriam tam religiosi, strenuique operis. Præterea justit Deus Phinei renunciari per Moysen, sed sponte, ut ante dixi, non requisitus à Moyse, ut existimat Philo *f*. Ecce *g do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi, quam semini ejus pactum Sacerdotii sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiavit scelus filiorum Israel*. Et auctor *h* Ecclesiastici scribit, *Ideo statuit illi testamentum pacis, principem sanctorum*, omnium Levitarum, & omnium rerum sacrarum, *& gentis suæ, ut sit illi, & semini ejus Sacerdotii dignitas in æternum*. Historia Machabæorum *i* ait, quod *zelatus est legem, & zelum Dei, ac proinde accepit testamentum Sacerdotii æterni k*. Philo tradit *l* oraculum redditum, pacem à Deo dari Phinei, quod bonum mortalis nemo dare potest, videlicet ea pax est, quam Ecclesia *m* cum Christo *n* negat dare mundum posse, *l* dari & perpetuum Sacerdotium, quod hæreditario ad posteros quoque ipsius pertineret. Verum tamen *testamentum pacis, pactum fœderis*, significat, ut arbitror cum Abulensi *o*, certum, ac securum, firmum, inviolabile, irrevocabile, perpetuum, & ut ita dicam, pacificum pactum fœdusq; ut pacificè, quod etiam vulgo dici solet, ac sine perturbatione, vel interruptione, possideret ipse, ac semen ejus, dignitatem Pontificalem. *Testamentum* item *pacis*, & *pax fœderis*, possunt significare scelicitatem afferens, quæ summa erat in summo Sacerdote, secundum æstimationem humanam. Nullus enim poterat ab ejus auctoritate provocare *p*: reditus illius maximi erant, quia percipiebat quolibet anno centesimam partem omnium fructuum, pecorum, jumentorum totius regni *q*, dominus erat Leviticæ Tribus: alios communes habebat reditus cum aliis Sacerdotibus ex juribus sacrificiorum, redemtione primogenitorum, solutione votorum, oblationum omnium bonorum, primitiarum: aliquando quoque Reges fuerunt, ut Machabæi, lege Abulensem *r*. Præmonui jam ante perpetuitatem istam intelligi de valde longa duratione, & quoad Hebræorum duratet Respublica. Hoc promisso Phinees reddebatur certior, quod non moreretur ante patrem suum Eleazarum, sed ei succederet; deinde quod licet ex divino decreto deberetur ea dignitas primogenito ex stirpe Aaron *s*, non auferretur ab ipsius domo ex aliqua causa, sicut contigit in Eli *t*. Quamvis autem à domo Eli fuerit abrogatum Sacerdotium, translatumque in domum Ithamar *u*, eodem tempore posteritas Ithamar administrabat cum filiis Phineis *x*, postea vero etiam Sadoch constituros est Sacerdos ejecto Abiathar *y*, & in domum Phineis ea dignitas

Ratio nominis Phinees & Eliæ.

Ain perpetuum restituta, usque scilicet ad Machabæos, quorum parens Mathatias, qui suum vocat Patrem Phineem *z*, & inde usque ad Herodem prostrata jam Hebræorum Republica: & in Paralipomenis texitur generatio solius Eleazari per Phinecm usque ad captivitatem Babylonicam *a*. Tempore etiam Davidis duplo plures inventi sunt filii Eleazari, quam Ithamar nempe sexdecim ordines Sacerdotum ex filiis illius, octo ex istius. Denique in libro eodem Ecclesiastici *b* subjicitur comparatio perpetuitatis circa hoc pactum, cum perpetuitate circa pactum de regno in familia David. Consulendi Abulensis *c*, Jansenius *d*. Hieronymus *e* dicens accepisse Phineem præmium in æternam memoriam armium victimæ, describit dignitatem Sacerdotalem; quia summo Sacerdoti armus dexter *v* & imæ assignatus erat *f*. Eidem Hieronymo tribuit Petrus Damiani *g* Hebraicarum quæstionum libro tradidisse Phineem esse eumdem cum Elia. Putat autem Petrus *pacem fœderis*, de qua diximus, illi datam, quia sedata omni carnis molestia, vivit usque in finem mundi in paradisi amœnitate constitutus; tempore Davidis adhuc vivisse, ac Sacerdotale officium gessisse perspicue colligi ex illis Scripturæ verbis *h*, *Hi sunt Coritæ super opera ministerii, custodes vestibulorum tabernaculi, & familiæ eorum per vices castrorum Domini, custodientes introitus: Phinees autem filius Eleazar erat dux eorum coram Domino*. Nomen *Phineis* fuisse à parentibus inditum, *Eliæ*, agnomen ipsi accidens per eventum, quia significat *Deus Dominus*, quum autem ille legationis officio fungeretur apud duas Semitribus Ruben, & Gad, & dimidia Tribum Manasse, quæ enormis magnitudinis altare construxerant, hoc ab eis responsum executionis accepit: *Fortissimus Deus Dominus ipse novit, si prævaricationis animo hæc altare construximus*, ita ut id illorum responsum hujus videatur esse vocabulum: postremo juxta Bedam, ab egresu filiorum Israel ex Ægypto usque ad Eliæ in cælum ascensum, sexcentorum viginti annorum calculum supputari: jure autem qui mechis repentinam intuitit necem, annoſq; vitæ fortium esse longitudinem: quinque in terris divini zeli est ardore succensus, congruenter esse equis igneis in cælum elevatum. Refert præterea virum Dei, qui reprehendens Heli, dixit ei *i, quare calce abjectis victimam meam*, &c. existimari fuisse Phineem. Meminit Hugo k hujus opinionis. Non quivi adhuc reperire, ubi Hieron. illud, quod ei Petrus Damiani tribuit, docear, vel tradat. Sicubi meminit, non dubito, quin ex Hebræorum traditionem commentitia, non ex suo met sensu, & approbatione. Nam Eliam virginem facit Hieron *l*, Phinees filium habuit Abisue *m*. Deinde in historia Machabæorum distincta mentio fit de Phinee *n*, & de Elia *o*. Ad hæc Elias Propheta tantum erat, non sacerdos quamvis ex Dei dispensatione aliquando sacrificaverit *p*. Vixisse adhuc tempore Jephte Phineem Hebræos sentire Abulensis *q* refert, nec refellit. Magalianus autem noster non credit, quia plusquam trecentorum annorum ætas illi concedenda esset, quum tamen id temporis ad eam ætatem homines non pervenirent. Idem Abulensis (quum in libro Judicum *r* fi de Phinee adhuc superstite mentio, ratiocinatur eodem fere modo, ut & eodem loco Joannes & Benedictus. Arias tamen ibidem non dubitat ultra trecentos annos eidem concedere ex divino promisso: consentitur; Vatablus, Clarius, Serarius noster & concedere videntur Lyranus, Hugo, Rickelius, Hebræi passim, nec ipse abnuerim. Illam Abulensis a nonnullorum Hebræorum merito nominat insaniam, cujus facit etiam Hugo æmen nomen, qua Phineem existimant angelum incarnatum sibi, & cæ, ei illum ipsum, qui concionem habuit in valle Hientium, quoniam non potest angelus jungi corpori ad informandum, & Phinees tum Eleazari filius fuit, tum genuit filios. Talem Origines Malachiã dicebat esse, aliiq; alios. Sed profectò abiq; ratione: nec defuere, qui negaverint possibilem esse hypostaticam unionem creaturæ cum Creatura. Sed hoc alterius loci est. Phineis zelum justum, & cædem scortantium reputatam ei ad justitiam: commendant, præter scripturarum testimonia, & aliorum prius citata, multi Patres, maxime Nazianzenus *z*, qui quum à zelo nominatum dicit, non intelligo, quasi nomine *Phineis* zelus significetur, sed quod famam, celebritatemq; nominis inde retulerit, vel ut cognominaretur ζηλωτὴς *zelotes*, ut diserè seipsum declarat quodam loco *a*: laudat item Basilius *b* & Chrysost. *c*, qui exponit

a 1. Machab. 2. 53.

b cap. 45. 31.

c Num. 25. 9. & 10.
d in Eccl. 45. 19.
e epist. 127. mansio 12. Præmium Phineis animus victimæ.
f Num. 18. 18.
g lib. 1. ep. 15. 6.
g 1. Paral. 5. 29.

i 1. Reg. 2. 29.
k ibidem.

l 1. contra Jovin.
m 1 Paral. 6. 4.
n lib. 12. 54.
o vers. 58. Elias propheta non Sacerdos.
p 2 Reg. 18. 33. & segq.
q Judic 11. quæst. 55.
r in 1. Tim. 3. sect. 3. annot. 16. num. 6.
s in Jud. 20. post. qu. 26.
t cap. 20. 28
u in Judic 2. quæst. 2. Refutatur quorundam Hebræorum opinio existimantis Phineem angelum incarnatum.
x in Reg. 2.
y Judic 21. & segq
z orat. 15. 18. 19. 31. 32. 81.
a Epist. 81.
b hom 10. de ira, & orat. de ira & iracundia.
c hom. 10. Kalendis.

ponit hoc, quod videbatur homicidium reputatum ei ad justitiam; quia hinc salus aliorum perdendorum provenit, & immortalis hujus rei facti memoria permanet: ad hæc Isidorus Pelusiota *a*, & Hilpalensis *b*. Ultimus allegoriam affert, quod per Crucem Christi non solùm idololatræ, sed etiam omnis carnis affectus vel concupiscentia sæculi perimitur, tuncque placatur Deus, dum carnis extinguitur desiderium, præterea figuram renuisse doctorum, qui Judæos, & Hæreticos (adde alios infideles) spirituali mucrone in amplexu fallæ doctrinæ concurrentes, ferunt. Philo comparans cum Josepho, qui castitatis amore fugit heram ad inhonestam sollicitantem *d*, quod adhuc juvenis non voluptate contendendo speraret victoriam, ait Phineem Sacerdotem zelo Dei correptum non fugæ sibi salutem quæsivisse, sed arrepto ferramaste hoc est, ratione cum zelo conjuncta, non destitisse prius, quam transfigeret Madianitidem; scilicet naturam occultantem se in divino choro, idque per vulvam ipsius, ne unquam possit inde oriri stirps, aut semen malitiæ: excisa hac insipientia duplex animam præmium accipere, pacem atque Sacerdotium cognata germanaq; opera. Hortatur nos demum Cyp. e isto exemplo, ſ. spiritum Dei accepimus, zelum divinæ fidei habere, quoniam ille placuit, & Deum promeritus, indignantis iram, populo pereunte, lenivit. Hoc exigitur peculiari quadam ratione ab hominibus ordinis clericalis, qui quoniam supra ceteros Apostolos zelus in Petro fuit, Phineem imitante, ut notavit Ambrosius *f*, quando percussit principis servum, propteréa inter alias causſas summum Sacerdotium ei à Christo delatum existimari potest. Et si quis comparationi locus est, id circo Ignatium defectum ordinis nostri ducem affirmare possumus, quia blasphemum Maurum voluit trucidare, quemadmodum Hebræi populi Dux creatus Moyses interfector injustioſi Ægyptii *g*, David Rex Goliæ superbi *h*. Comparant quoque inter se Moysen, & Phineem Eusebius *i* & Oecumenius *k*. Cæsarius autem Arelatensis *l* hoc ſe ſcribit morũ exemplo, & oppoſito indulgentioris Heli *m*, ut tam pro ſua quam pro auditorum ſalute dura nonnumquam, vel aſpera predicaret, ſimul cum divino præcepto, & comminatione cum ad Eſaiam *n*, tũm ad Ezechielẽ *o*, & Chriſti admonitione de ſervo puniendo, qui pecuniam domini negotiatus non ſu ra *p*. Ceterum adverſus hæreticos noſtri tẽporis hinc argumentari licet, quum, quia de Abram (quod nomen illi erat prius) ſive Abraham (quo nomine uſi ſunt Paulus, & Jacobus) ſcribitur *q*, quòd *credidit Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam* colligitur nos per ſolam ac nudam fidem juſtificari coram Deo. Etenim de Phinee idem etiam hic dicitur, at propter eædem Iſraelitæ, & Madianitidis zelo Dei factam, non propter fidem. Actus, quo credidit Abram Deo polliceñti prolem, & propagatis inde poſteris Chananæam proficiſcens ex vera perfectaq; juſtitia, & charitate formatus, acceptum illum, & gratum reddidit Deo veré denominavit, & fecit juſtum coram Deo, ſeu magis quam antea eſſet: & talis erat qui per ſe ſi jam ille non eſſet juſtus reddere juſtum poſſet. Unde propterea urgentur hæretici, quoniam non agitur de prima juſtificatione, quum jam eſſent juſti Abram, & Phinees. Sed nec *imputandi* verbum favet eorumdem errori, nos eſſe juſtos per ſolam impũrationem abſq; interna, & inhærente juſtitia, ut etiam oſtendimus pſal. 3. *v* ad illa verba, *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum*. Plura noſtri Pererius *ſ*, Toletus *t*, Salmeron *u*, Bellarminus *x*, Vaſquez *y*.

a l. 1. ep. 159 Allegoria. b in Num. c. 24. & in allegor. ſerm. 30.

c 2 allegor. teſtis.

d Geneſ. 39. 7. & ſeqq.

e epiſt. 78.

f in Luc. c. 2

g Exod. 2. 12. h 1. Reg. 17. 49.

i in cate. Exod. 2 k in Act. c. 7 l homil. 25. m 1. Reg. 2. & 4. n cap. 58. 1. & ſeqq. o cap 33. 1. & 1633. p Luca 19. 23.

Refutantur hæretici aſſerentes Abraham per ſolam ex nuda ex fide juſtificatum

q Gen. 15. 6. Rom. 4. 3. Galat. 3. 6. Jacobi 2. 23.

r *v.* verſ. 3. f Geneſ. 15. diſp. 23. & 24. & in 1. 2. ad Rom. diſp. 23. t in Rom. 4 annot. 3. u tom. 1. diſp. 30. c. 3. n. 31. x 1. 2. de juſtif. fidei cap 18. y 1. 2. diſp. 150. capite 6. & diſp 210. cap. 2. n. 77. Senſus toti.

Verſ. 33.) Et irritaverunt eum ad aquas contradictionis & vexatus eſt Moyſes propter eos.

Verſ. 33.) Quia exacerbaverunt ſpiritum ejus. Et diſtinxit in labiis ſuis.

ALiud Hebræorum peccatum eſt, quod altercati ſunt cum Moyſe propter aquæ penuriam, irritando Deum hac de cauſſa, & Moyſen afficiendo moleſtia, triſtitia q; ira ut etiã nonnihil hæſitaverit, nec ſimpliciter petræ, ſic ut Deus injunxerat illi, & Aaroni imperaverat, plenaq; fiducia ut funderet aquas, verũm cum quadam dubitatione dicendo, *nũ de petra hac vobis aquã poterimus ejicere?* & bis virga ſilicem percuſſerit, qua de cauſſa inhibitus eſt ingreſſus in terram promiſſam fratribus illis duobus. Narratur hoc in libro Numerorum c. 20. & in Exodi 17. præcedentibus pſalmis 77. atq; 104. & in Sapientię c. 11. ſive idem miraculum bis evenîſſe dicamus, ſive ſemel tantum: quod cum dictis locis, quæq; Aad rẽ totã ſpectant expenderimus, non erit immorandũ, ſed occurrentes nonnullæ difficultates expediendæ.

Et irritaverũt eum ad aquas contradictionis.) Hieron. *& provocaverunt ſuper aquam contradictionis*. Additum eſt pronomen perſpicuitatis cauſſa, quod etiam pertinet ad Deum. Verbum Hebræum futuri temporis propter *Vau* cum *patach* ſignificationẽ habens præteriti וַיַּרְצִיפוּ *vatukiſphu* ſign. ficat *facere iraſci, & indignari fervere, ac bullire ira, eſcandeſcere, ira deſævire*. Unde nomen רְצֵף *Ketſeph, effervelcentia iræ, furorve ſubitus*: denotat, etiam *bullam*, ſive *ſpumam in aquæ ſuperficie*. Occurrit id nomen prius *a* pro indignatione, & furore, & pulchra alluſione, uſurpat ejus *b* שִׁבְּלֶת סִבֶּלֶת *ſeeſeph Ketſeph, monumentum indignationis* ὑπομνῆμα μηρῆ *Aquas contradictionis* citatis aliis locis, & pſal. 59. *c* docui vocatas מְרִיבָה *meriváh d*, ſicut hoc loco à jurgio, lite, contradictione populi adverſus Moyſen, & Aaronem. Deumque ipſum: præterea מַסָּה *maſſah, tentationem Propter* quoque מְרִבָה *meriváh*, idelt, *jurgium filiorũ Iſrael, & quia tentaverunt Dominum, dicentes, Eſtne Dominus in nobis, an non e?*

a Pſal 37. 2. Pſ. 102. 11. b cap. 32. 37. c verſ. 9. d Num. 20. 13. e Exod. 17. 7

Et vexatus eſt Moyſes propter eos.) Hieron., *afflictus*. Alii, *& malum fuit ipſi Moyſi propter eos*, ideſt, vel Moyſem peſſimè id habuit, ac valde male affectus fuit, & graviter tuht propter eos, ſed & nil proprius fuit, quam ut lapidaretur *f*. Vel inde ex occaſione conſequutum eſt *f* verſ. 4. in Moyſe malum culpæ, & pœnæ, ita ut particeps non- Moyſes aliorum culpæ participeps nihil, pœnam ſenſit. nihil illorum culpæ, pœnam quoq; ſenſerit. Nam tædio affectus, moleſtiaq; ob populi pervicacis, incredduli, rebellis murmurationem, atque maledicentiam, viſus eſt ſubdubitare, & diffidere, ac idcirco excluſus eſt à Deo ingreſſu promiſsæ terræ. Quod ex R. Aben-Ezra refert Abulenſis *g*, & approbat, bipartitos Iſraelitas fuiſſe, ut jurgati, qui aquam omnino non habebant intelligantur, qui adhuc habebant aliunde aſportatã, tentaviſſe Dominum, incertum latis videtur. Omnes tentaviſſe, ac jurgatos puto, non quia quum haberent, vellent nihil omninus accipere curioſe, ac ſine neceſſitate, de Deo experientiam; ſed quia petebant cum aliqua diffidentia toties prius experti providentiam potentis beneficentiæ Dei, qui neceſſitate urgente non defuerat illis. Simul etiam tentaverunt, quatenus eo verbo interitum ſignificatur Deum exacerbare, irritare, provocare. Certè libri Exodi, & Numerorum indefinite tradunt jurgatum populum, & tentaviſſe Dominum, quia ſitiebat præ aquæ penuria, & loco impoſitum nomen *Tentatio, propter jurgium populi, quia tentaverat Dominum*.

g Exod. 17.

Quia exacerbaverunt ſpiritum ejus.) Hieron., *provocaverunt*. Chaldaicè, *reſtiterunt ſpiritui ſanctò ejus*. Poſſet quidem ſpiritus Moyſis, & animus dici ſanctus, quia ipſe ſanctus erat: & ita planè videtur hic Etiam *h* allouiſſe, *Ipſi autem ad iracundiam provocarunt, & afflixerunt ſpiritum ſanctũ ejus*. Paraphraſtes tamen eo modo loqui ſoleret de Deo ſolo, & Camperſius refert ad Deum. Agellius item explicat de ſpiritu Dei, & ſenſum eſſe, quod populus exacerbavit ſpiritum Dei, non credendo voci, promiſſiq; ipſius quod pſalmo ſequenti *i* vocatur *exacerbatio eloquiorum Dei, & iritatio conſilii Altiſſimi*. Addit adhuc, ut Moyſes & Aaron intelligantur exacerbaſſe ſpiritum Dei, non quidem ſponte, ſed à populi contumacia impulſi, & indicari verbò חִמְרוּ *himru, irritare fecerunt*, ideſt, perpulerunt Moyſem, & Aaronem, ut tandem irritarent hi ſpiritum Domini. Vatablus meminiſt qui exponant, quod Hebræi rebelles fuerunt ſpiritui Dei, quatenus rebellare fecerunt Moyſem ſpiritui ipſius Dei. Simplicior, & communior ſenſus eſt, quod Hebræi contumaci malitia ſua Moyſis animum pene compulerint ad aliquo modo peccandum. Nam non ſimpliciter, promteq; ad petram loquurus eſt, eam percutiendo, ſed motus importuniſſimo murmure, ac maledicentia populi, cœpit, conſcio, & conſentiente fratre Aarone, invehi in populum. Quod ſi factum non eſſet, ſed quamprimum juſſo divina impleta populus mox reſipuiſſet, Deumq; laudaſſet, non autem in ſuo perrexiſſet peccato, idq; etiam non auxiſſet, perpetrare acerbam increpationem, quæ fuit in cauſſa, cur ne editio etiam miraculo, adhuc iritati Deum laudaverint, ut par erat, atq; ita Moyſes, & Aaron, ut conqueſtus eſt Deus, non ſanctificaverint Deũ, & cauſam nonnullã populo dederint, cur non ſanctificaretur Deũ. Optime id explicat Abulenſis *k*, refelles alios quatuor dicẽdi modos de iſto Moyſis, & Aaronis peccato, quia cõtumelioſè vocaverint populum incredulum,

h cap. 63.

i verſ. 11.

k Num. 20. 5.

credulum, & rebellem: quia bis percuſſa ſit petra, quum ſemel tantum percuti debuiſſet: quia non quam deſignaverat Deus, ſed alia ſit percuſſa: quia concepta, præſcripta que verborum formula non adhibita, ſed ſola percuſſio. Eodem, quem dixi, modo idem peccatum declarant hoc loco Græci, & multi Latinorum, agnoſcentes præterea uſum amphibologia Moyſem ex quadam hæſitatione & dubitatione, de qua ſequenti membro: & quidam, ut Agellius: exiſtimant, quum in ea perturbatione Moyſes petram percuſſiſſet prima vice, mandato Dei non rite ſervato, aquas minime fluxiſſe, propteréa de Dei gloria nonnihil detractum, dubitantibus, qui viderant, non fluxiſſe, vel de Dei potentia, vel quod Moyſes non miraculo divino, ſed præſtigiis edere hujuſmodi ſolitus ſigna. Addunt Græci, quod mihi etiam placet, quum ſororis mortuæ cauſſa Moyſem in luctum verſantem magna Hebræi temeritate, ac importunitate adorti eſſent, aquam flagitantes, illum coactum abjicere luctus officium, furore quodam, mœſtitia, indignatione correptum fuiſſe, ut non cum ea, quam adhibere ſolebat, animi alacritate, promtitudine, convenientia, injunctum ſibi à Deo aquæ de petra educendæ præceptum exequeretur. In libro quidem Numerorum *a* proximè præcedit narratio de morte Mariæ ſororis Moyſis, & Aaronis, cui quum juſta ſolvere populum deceret, ac id forſitan quoque facere aggreſsus eſset, repente, his intermiſſis, irruere in fratres, quos dolor maxime attingebat, non potuit non indignum, & moleſtum fratribus accidere, illoſque vehementer perturbare.

a Num. 20. 1. 29.

Et diſtinxit in labiis ſuis.) Hieronymus, *præcipit labiis ſuis*. Apud Trevetum, *protulit in labiis ſuis*: quod exponit, quia protulit verba diffidentiæ. Campenſis, *vacillavit nonnihil labiis ſuis*. Cajetanus, *loquutus eſt in labiis ſuis*, ideſt, intra labia ipſa, nec ſatis clare, ita ut intelligeretur incredulitas ipſius. Flaminius, *perperam loquutus eſt*. Tyroboſcus, *obloquutus eſt*. Genebrardus, *effutiit temere, & quidquid venit in buccam loquutus eſt, inconſiderate & ambigua ſermone*. Paraphraſis juncta Campenſi, exponit de Deo, ut, quod verſu ſequenti continetur Spiritus Dei, de quo membrum præcedens intelligebat, exaſperatus ab Hebræis, labiis ſuis effaretur, non extirpaturos Hebræos gentes, quas Dominus promiſerat illis. Videtur placuiſſe Titelmano, & Panigarolæ in Italica paraphraſi, ut nempe non diſperderentur gentes ab Hebræis illis murmuratoribus, quemadmodum futurum erat, ſi non murmuraſſent. Janſenius explanat Deum iratum Moyſi, & Aaroni, diſtinctè, & apertè denunciaſſe, non ingreſsuros terram promiſsam. Idem docet Agellius, ſed verecundiã tantorum virorum, in quos illa ſententia lata eſt, Davidem illam ſubticuiſſe, & obticurius indicaviſſe, Bellarminus noſter inchoans hinc quoque veritam, & tentiam novam, putas ſignificari, quod *Deus diſtinxit labiis ſuis*, ideſt, apertè pronunciando Hæbreos reprehendit, quod non exterminaverant gentes, quas dixerat illis, & juſserat exterminari *b*: alludere vero David. ad concionem Angeli, loquentis; in perſona Dei in valle ſtentium, & exprobrantis, quod noluiſſent audire vocem Domini, qua prohibuerat, ut non ferirent fœdus cum Gentibus, ſed aras eorum ſubverterent *c*. Confirmat ſuam ſententiam Bellarminus, quia verba hæc alioqui non cohærent cum ſequentibus: *non diſperdiderunt gentes*, &c. & quoniam *diſtinguere labiis* hæc ipſa phraſi, verbiſque in pſ. 65. *d* in cap. 30. Numerorum *e*, in Levitici cap. 5. *f* nimirum cum verbo בָּטָא *batte*, & διαγλῶσσα, non ſignificat *hæſitare*, vel *dubitare*, ſed abſolutè *pronunciare*, & *confirmare promiſſionem voti*. Poſtremò, quia *diſtinguere labiis*, & diſtinctè loqui non videtur ad ambiguitatem, ſed ad perſpicuitatem potius pertinere. Citavit quoque Janſenius primum locum, & Agellius omnes alios, ac præterea ex epiſtola ad Hebræos *g*, *Non enim portabant quod dicebatur τὸ διαγλῶσσον, & ſi beſtia tetigerit montem, lapidabitur*: & ſuſpicatur prius ibi fuiſſe *edicebatur*. Declarat ibidem Crocquetius quod mandabatur, quod tam expreſsè, & articulatim propunebatur. Addi poteſt aliud exemplum Hebræi verbi ex Proverbiis *h*. *Eſt qui promittit & quaſi gladio pungitur conſcientia*. Habent rationes ultimæ duæ majus momentum, quam prima. Nec enim ex verſum diſtinctione, præſertim in carmine, penſanda eſt cohærentia ſententię cum antecedentibus, vel conſequentibus, & Hebræi, noſtraque Latina tranſlatio in textu Biblico non ab iſtis verbis principiſi verſus novi ſumit ſed jungit prioribus. Libentiùs amplector primam expoſitio-

b Deut. 7. 5. & ſeq.

c Judic. 2. 2

d verſ. 14. e verſ. 18. f verſ. 4.

g cap. 12. 20

h cap. 12. 18

Anem, tamquam longe communiorem. Verbum בטא *bata* periti linguę Hebręę docent ſignificare *ſimplicem prolationem, & pronunciationem, ſive in bonum, ſive in malum*. Et in poſtremo loco libri Proverbiorum ſunt qui בוטה *botheh* interpretentur de illo, qui temerè vota ſuſcipiat, vel amarulenté loquatur, ſicque quovis ictu gladii moleſtior ſit, pernicioſior. Ita Janſenius ibi, & Baynus, qui putat legiſſe Hieronymum, בוטח *botseach*, notaque cum R. Kimhi בוטה *boteh* eſſe ח *he* pro א *aleph*. Græcè ponuntur in numero multitudinis οἱ δ' ἑφεῖς, *dicentes*. Græcum verbum medium διαγλῶσσον vertit crebrò Interpres noſter *i præcipere*: primaria ſignificatione valet *dimittere*, vel *dimiſſo nuncio mandare*, ac proinde hoc loco *mittere ſermonem labiis, edicere, eloqui, patefacere, explicare*, quocumque modo id fiat. Denique *diſtinguere labiis* erit hic juxta communem illam expoſitionem, non quidem quaſi intra labia, & confuſè, ut Cajetanus dicebat, ſed cum quodam impetu, & perturbatione loqui quæ fecit, ut ambigue verbis utetur, ſeu non abſque dubitatione, & hæſitantia, οὐκ ἀναμφιβόλως, ut ait Theodoretus. Ita cum Latinis ferè omnibus Græci ſentiunt, quamvis Heſychius non ſumat de amphibologia, ſed quod Moyſis imperium Hebræi aſſiduè contemnentes, eamque tentantes, ad negligenda Dei verba illum perduxerint. Videtur velle, quod populus non diſtinxerit in labiis Moyſis, ut ſcilicet os, & verba ipſius obſervaret. Verùm prior ille modus diſtinctionis, & quaſi ſenſu in plures diſtinctæ ſententias orationis, propter æquivocationem, à ceteris paſſim traditur, & vel hoc nomine magis probatur à me. In modo pronunciationis ſuæ, inquit Hugo apertè & diſtinctè oſtendit dubietatem ſuam, quæ non in ſerie verborum eſt aperta, dubietatem vero non de potentia, ſed de benignitate, quodque minus benignè agere vellet in præſenti caſu. Aliquam titubationem agnoſcunt ferè omnes enarratores, & Iſidorus *k*. Auguſt. autem, Proſper, & alii videntur *diſtinguendi* verbo agnoſcere, quod Moyſes dubitantes percutiens petram, diſtinxerit illud miraculũ à ceteris, quaſi non poſſet qui cetera fecerat, etiam illud efficere. Oratio Moyſis fuit hæc *l*, *Num de petra hac vobis aquam poterimus ejicere?* Sic, ut ait Abulenſis *m*, fluerent aquæ, denotare poterat ea oratio exprobrationem, quod increduli, ac rebelles illi putaſſent non potuiſſe educi aquas, cujus tamen contrarium viderent: ſi non fluerent, imputaretur eorũ incredulitati. Poſſet confirmari exemplo Chriſti, qui dixit cuidam, *n Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti*: & non potuiſſe dicitur facere ullam virtutem propter incredulitatem aliorum *o*. Mavult tamen Abulenſis verba fiduciæ fuiſſe, ut, *num poterimus?* indicet, immo poterimus, quamvis vos non credatis. Sunt, qui, ut ante etiam innui, putent in bina percuſſione nonnihil diffidentiæ apparuiſſe. Immo Cajetanus *p* id ipſum vel de ſimplici, unaque tantum ſentit percuſſione, quia eam Deus non imperaverat, ſed humano ſenſu Moyſes intellexerat ea utendum, ſicut in Raphidim *q*, ubi fuerat imperata, & in pœnam nonnullam diſtuliſſe largitionem aquarum Deum, donec iterum petra percuteretur. Si ſemel tantùm accidit hoc miraculum, ut Oleaſter *r* exiſtimat, & alibi expendimus, concidit ratio Cajetani. Deinde hoc ipſo, quod juſſus eſt Moyſes tollere virgam *ſ*, rectè intellexit, præter verba, quibus loqueretur ad petram, aliqua ratione utendum ſibi virga *t*; quæ ratio non potuit eſſe convenientior, quam percutiendo. Quod etiam verum eſt, ſi jam ante ſemel id factum fuerat, quemadmodum & eadem virga percuſſus fuerat fluvius, ſive mare, *v*, tametſi tunc non imperaſſet Deus expreſsam percuſſionem, ſed extenſionem ſuper mare *u*. In Oleaſtro *x* minus probo, recitatis verbis indicari voluiſſe Moyſen, & Aaronem laudem, & vim miraculi ſibi aliquam attribuere. Tropologicè Hugo *aquas contradictionis* interpretatur ſcientias ſæculares, in quibus tunc multæ contradictiones, & ad quas, & in quibus multi irritant, provocantque Dominum, maximè Advocati factam vero contradictionem in *Cades*, quæ vox *ſanctum* ſignificat, ideſt, in Eccleſia, ita ut vexetur Moyſes, ideſt, bonus Prælatus, Judexque, qui falſis allegationibus, & conſiliis litigandi, exacerbentur ab illis, diſtinctè cognitor in labiis, & verbis oſtendere exacerbationem ſpiritus, & vexationem. Iſidorus *y* geſſiſſe ait Moyſem populi Judæi perſonam, qui Chriſtum ligno Crucis affigens, eum virtutem Dei eſſe non credidit, ſed ſicut percuſſa petra manavit aqua ſitientibus, ſic plaga dominicæ paſſionis effecta eſt vita credentibus: *petra enim erat*

i Matt. 19. 20. Marc. 5 43.

k in n. c. 13.

l Num. 20. 10.

m ibid. 9 q. 4.

n Marc. 9 23.

o c. 6. 5.

Refutatur Cajetanus.

p in Num.

q Exod. 17. 6.

r in Exo. 20. ſ Num. 20. 8

t Exo. 17. 5. u cap. 14. 16

x in Num

Tropologia

y in c. 10. 4

Chri-